bo domini celi firmati sunt
et spiritu oris eius omnis vir
tus eorum. Congregans
sicut in utrem aquas ma
ris: ponens in thesau
ris abyssos. Timeat
dominum omnis terra ab eo
autem commoveantur omnes in
habitantes orbem. Quoniam
ipse dixit et facta sunt: ipse
mandavit et creata sunt
Dominus dissipat consilia
gentium reprobat cogita
tiones populorum et repro
bat consilia principum
Consilium autem domini
in eternum manet cogi
tationes cordis eius:
in generatione et generationem.
Beata gens cuius est dominus
deus eius populus quem elegit in
hereditatem sibi. De
celo respexit dominus vi
dit filios hominum. De
preparato habitaculo suo:
respexit super omnes qui
habitant terram. Qui fin
xit singillatim corda
eorum: qui intelligit omnia
opera eorum. Non salva
tur rex per multam virtu
tem et gigas non salva
bitur in multitudine vir
tutis sue. Fallax e
quus ad salutem in
abundantia autem virtutis
sue non salvabitur. Ecce
oculi domini super metuentes
eum: et in eis qui sperant super
misericordia eius. Ut eruat
a morte animas eorum et
alat eos in fame. Anima
nostra sustinet dominum: quoniam
adiutor et protector noster
est. Quia in eo leta
bitur cor nostrum: et in no